

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 7485

**Auteur(s) :** Rotrou de Warwick, Rouen (archevêque)

**Bénéficiaire(s) :** Amicus, Rouen (archidiacre)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1182, 28 mars-1183, 17 avril]

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Confirmation par Rotrou, archevêque de Rouen, à son neveu « Amicus », moyennant une livre de poivre de rente annuelle, de l'acquisition faite par ce dernier de Raoul dit l'Archevêque, pour 10 livres angevines et 17 marcs d'argent, d'une mesure avec maison sise à Rouen « ante portam Rodobecce fluvii ».

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Société de l'histoire de normandie , Vernier Jules-Joseph, *Recueil de fac-similés de Chartes normandes, publiés à l'occasion du cinquantenaire de sa fondation (1869-1919)*, Rouen/Paris, A. Lestringant/A. Picard, 1919, Planche VI, p. 11-12.

## Dissertation critique

Datation proposée par J.-J. Vernier.

Texte établi d'après a

Universis sancte matris ecclesie filiis qui hoc legerint vel audierint Rotrodus, Dei gratia Rothomagensis archiepiscopus, salutem. Que a personis statuuntur ecclesiasticis tunc primum debita solent stabilitate gaudere cum stili officio perpetue commendantur memorie. Eapropter universitati tam future quam presenti duximus intimandum dilectum nepotem nostrum Amicum, Rothomagensem archidiaconum, de assensu et voluntate nostra et capituli Rothomagensis e misse de Radulfo, cognomine dicto Archiepiscopo, et Emelina ejus consanguinea quandam masuram cum domo ante portam Rodobecce fluvii sitam, videlicet precio .X. librarum Andegavensis monete et .XVII. marcarum argenti quibus nobis obligata erat, unde predictus nepos noster Amicus archidiaconus pro eis nobis plenius satisfecit, quam predicti Radulfus et Emelina pro una libra piperis annuatim persolvenda hereditario jure tenebant. Nos vero sub eodem censu predictam masuram concessimus dilecto nepoti nostro Amico, Rothomagensi archidiacono, vel cui ipse eam donare voluerit libere et pacifice a nobis vel a successoribus nostris habendam et perpetuo possidendam. Ut autem hoc firmum et inconcussum permaneat, presenti scripto duximus confirmandum et sigilli nostri munimine roborandum. Hoc autem factum est anno Verbi incarnati .M°. C°. LXXX °. II°. Testibus his: Radulfo, Lexoviensi episcopo ; Roberto de Novoburgo, Rothomagensis ecclesie decano ; Roscelino, succentore ; magistro Ricardo, Roberto Capellano, Helya, Radulfo Tehardo, canonicis sacerdotibus ; magistro Herberto, Rogero de Warvic, Waltero de Gornaco, canonicis diaconis ; magistro Taurino, Helya de Warvic, Galfrido de Mundevilla, canonicis subdiaconis ; magistro Simone, Ernaldo de Cellario, Roberto de Brunford, Roberto Portario, Roberto de Tilia, tunc servientibus domini Rotrodi, Rothomagensis archiepiscopi ;

Bartholomeo Fergant, maiore communie Rothomagensis ; Bartholomeo Bataile, Rogero de Bellomonte, Nicholao Gruignet, burgensibus, et multis aliis.